

81

*Serenissimus.**Ser Johannes Aloisius Duodo,**Ser Gabriel Mauro eques,**Ser Johannes Franciscus Mauroceno,**Ser Aloisius Bono,**Ser Mattheus Vitturi,**Ser Laurentius Bragadeno,**Consiliarii.*

Volunt quod sit bannitus per decennium insula Angliae, Cales, Anversa, Burgos et tota Flandria et si quo tempore contrafecerit ipsi exilio solvat duc. 5000 illustrissimo Dominio, et habeat qui eum accusaverit, sique veritas habeatur, habeat ducatos quingentos de bonis suis si haberit poterint, sin autem de pecuniis Dominii nostri, et solvat de praesenti officio super aquis ducatos mille pro excavatione lacunarum et litorum prout videbitur Collegio Serenissimi Principis. 88, 82, 102.

Ser Vincentius Mauroceno Caput de Quadraginta vult quod sit confinatus et relegatus per annos decem in hac urbe Venetiarum, qui teneretur se presentare semel in hebdomada advocatoribus Comunis et si quo tempore fregerit confines, ipsum intelligatur et sit bannitus perpetue de Venetiis et districto ac de omnibus terris et locis Dominii nostri tam terrestribus quam maritimis, ac navigiis armatis et exarmatis, et si quo tempore contrafecerit ipsi banno et captus fuerit conduceatur Venetiis, ubi ponatur in carcere Forti, in quo stare debeat per annos duos, et hoc totiens quotiens, et habeat qui illum ceperit et dederit in vires Dominii nostri singula vice ducatos mille solvendos de bonis suis si haberit poterint, sin autem ex pecuniis Dominii nostri. Qui vero accusabit ipsum nobilem advocatoribus Comunis fregisse relegationem suam ita quod per eius accusationem veritas habeatur, habeat et consequatur ipsos ducatos mille solvendos ut supra, et publicetur super scalis Rivoalti. 20, error 14 non sincere 17, error 10, 6.

Ser Johannes Boldù Caput de Quadraginta vult partem modo leetam ser Vincentio Mauroceno Capiti in totum et per totum cum conditione, quod ubi dicit quod sit confinatus per decennium, dicatur per annos 15 et ulterius quod de presenti solvat ducatos tres mille, videlicet mille officio Arsenatus, mille officio super armare, mille officio super aquis pro excavatione lacunarum. 16, 20, 17.

Ser Franciscus de Molino Caput de Quadraginta vult, quod solvat de praesenti ducatos 2000 officio super aquis pro excavatione lacunarum et

ulterius ducatos quingentos distribuendos inter monasteria pauperum monacharum et hospitalia prout videbitur illustrissimo Dominio, nec non ducatos 500 officio Arsenatus. 24, 27, 11.

Ser Jacobus Canalis, ser Iironimus Pisaurus, ser Aloisius Baduarius Advocatores Comunis, ser Petrus Mauroceno olim Advocator Comunis, volunt, quod perpetuo sit confinatus et relegatus in hac civitate Venetiarum, ex qua exire non possit, et teneatur simel in hebdomada presentare se advocatoribus Comunis; et si ullo unquam tempore contrafecerit huic deliberationi et relegationem ipsam fregerit, tunc et eo casu omnia bona sua ubicumque esistentia sint et intelligentur reducta et confinata in Dominio et sit perpetuo bannitus de Venetiis et districtu de omnibus terris et locis Dominii nostri tam terrestribus quam maritimis, et de omnibus navigiis armatis et disarmatis. Et si ullo unquam tempore contrafecerit ipsi banno et captus fuerit, conduceatur Venetiis, ubi ponatur in carcere Forti, in quo stare debeat per annos duos, et hoc totiens quotiens, et habeat qui illum ceperit et dederit in vires Dominii nostri singula vice ducatos mille solvendos de bonis suis si haberit poterint, sin autem ex pecuniis Dominii nostri. Qui vero accusabit ipsum nobilem advocatoribus Comunis fregisse relegationem suam ita quod per eius accusationem veritas habeatur, habeat et consequatur ipsos ducatos mille solvendos ut supra, et publicetur super scalis Rivoalti. 20, error 14 non sincere 17, error 10, 6.

A dì 8, Domenega. Vene in Collegio el reverendo domino Matteo de Ugoni da Brexa episcopo de Famagosta, qual ha renonciato el suo episcopato a uno domino Zuan Francesco di Ugoni suo nepote, però richiese che li fosse dà el possesso; ha le bole del Papa. Li fo dito se meterà la parte in Pregadi.

Vene uno qual se parti za zorni 15 di Zara, dice de li nulla se diceva di le galle prese.

El fo *letere di Zara, di sier Tomà Contarini, va orator al Signor turco, di 27 Mayo*

Item, di Otranto, dil Consolo, di 2 Mayo, vecchie

Veneno li partecipi et parenti de mercadanti de le galie de Fiandra, dicendo haver hauto letere da

(1) La carta 84^a è bianca.